



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fulvii Androtii Societ: Iesv Theologi Opuscula spiritualia**

**Androzzi, Fulvio**

**Coloniæ, 1611**

De Peccatis venialibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48641)



64 DE FREQUENT.

tum: fit ut quo quisque se ad id accipiendum diligentius comparat, tanto aptior sit ad percipiendos Sacramenti fructus. Itaque diligentissime laborandum est, ut digne parati ad illud accedamus.

DE TRIBVS PECCATIS,  
*quæ huic Sacramento aduersantur.*

Superbia, odium, & turpitude, S. Eucharistiæ aduersantur. Hic enim accipitur is, qui se tam infinite depressit, qui pro inimicis in cruce precatus est, qui è castissima Virgine purissimam assumpsit carnem. Ergo cum alijs, tum his maxime peccatis vacare eum oportet, qui cœleste epulum aditurus est.

DE PECCATIS VE-  
*niatibus.*

Peccata venialia incredibile impedimentum afferunt ad degustandam suauitatem & dulcedinem huius Sacramenti, maxime ea, quæ scienter, committuntur. Nam sicut encaustum non potest herere in are, sed in auro tantum, sic hoc encaustum tam nobile non sinit Deus imprimi, nisi in animam ab omni peccato immunem,

DE



DE MALIS PECCATI  
*venialis.*

**P**rimo obligat ad poenam, vel praesentis vitae, vel Purgatorij, quae grauior est, veletiam ad poenam inferni, quae grauiissima est, & aeterna.

2. Maculat animam, sicut mortale totam obscurat,
3. Imminuit feruorem caritatis, sicut aqua flammam ignis.
4. Debilitat vires animi in bonis operibus exercendis: sicut onus impositum reddit equum ad ambulandum tardiorem.
5. Retardat gloriam aeternam, cum detinet in Purgatorio.
6. Minuit bona aeternae gloriae, quia poterat boni aliquid fieri, quo tempore commissum est peccatum veniale.
7. Est dispositio ad peccatum mortale, & ideo conuenit, ab eo abstinere, non considerando quod parua sint, sed quod Deus, cui displicent, sit magnus, vt dicit S. Hieronymus.
8. Magnum obstaculum ponit recipiendae nouae gratiae, vt Doctores tradunt: nam non licet vel pro omnibus huius mundi bonis, peccatum veniale committere.

DE